

L. AND. RESENDII

LVSITANI.

EPISTOLA DE VI

TA A V L I

C.A.



b14334876
i16018990

L. Resendius Lusitanus,
Petreio Aphani suo.



I finem neq; tu facis petendi,
Negandi neq; ego, est Petrei rimédū
Dicat ne arbiter alterum molestum,
Alterum sine fine contumacem.

Quare quum dirimi optimum putarim
Hanc litem, tibi habē quod ex pereſcis,
Carmen quo terigi, licentiore
Fortassis calamo, aulica hæc memento
Tu uero, neq; cui liber, nec extra
Domus sepræ tuæ, hæc licet iocosa,
Vulgare, hanc nihil graſam reponas,
Quod tandem fuerim obsequens amico,
Ut ridere tibi sat esse tecum
Non ducas, auidus n̄iſi ſodalem
Oſtentandi, homo candidus bonusq;
Traducas potius, mihi undecunq;
Quacunq;, et merito, obcinatur illud,
Fœnum in cornu haber, ut boui maligno,
Inſignit quem ideo hac nora magister.

L. Resendius, eidem Sperato Martiano
Ferrariæ, ad bellū Turcicū uenienti.

Dum fera Pannonicæ iuratus bella Viennæ,
Agnina Danubii per uada Turca rapit,
Colligit et Cæsar Germanum rebus, Iberis
Cum turmis, hostijs obuius ire parat,
Fama audita tibi tanti Sperare tumultus,
Et nob. socius sponte futurus ades.
Tiro quidem, sed qualis erat Chironis alumnus,
Elatebra, Troiae datus ad excidium.
O quem te, quantumq; refers, quam animosus, et acer
Quadrupedem impellis, qualis in ore decor.
Certe pulcher eras, uerum fulgentib. armis
Iudice me, augescit forma, leporq; tibi.
Sis felix, decoreq; tuam fortissime dextram,
Et uati manda cætera. nempe tuo.

Eidem, a Cæsare sacramentis militarib. obstricto.

Quo te Pannonicī cupido belli,
Martiusq; nouæ calor iuuentæ
Traxere ad trepidos citam tumultus
Martiane, Viennam ubi Hister amni
Spumanti adluit, arma, fulgidamq;
Tibi aptans galeam, coruscum et ensim
Cæsar, militiæ sacrata iura
Te iussit memor tenere mente.
Monerent alii hoc, uel hoc, uel illud,
Ego horum nihil, hæc quia ipse curas.
Sed solum moneo, ut subinde uoluas,
Quid sit Cæsarea manu ministra
Arma, et militiæ decus subire.

Ioannes Baptista Phællus Bononiensis Bono/
niæ Impressit Anno Domini. M. D.
XXXIII. Mense Januario.

